

cum lucem fert, cum lumen profert; non erit amplius, cum nec
lucet, nec illuminatus actu est. Philosophos ac sapientes autem
non abuti deest vocibus.

§. II. Examinemus lapidem *Bononiensem* primò, quem
plus famæ equidem, quàm admirationis fateor mereri. Multa de
eodem singularia *Poterius*, plurima *Fortunius Licetus*, ille in *Lapidis*
Spagiric. Pharmac. hic in *Litheosphor.* ex *Montalban* mente me- *Bononi-*
morat. *Bononiensis* dicitur à potiori patriâ, ad *Paternum* mon- *ensis Scri-*
tem inveniri solitus; non solum interim. Nam & *P. Albanas* *ptores.*
Kircherus autor est, in *Arte Magn.* Luc. & U. l. 3: qv. 2. mineram
ejusdem ad *Tolosam* quoque reperiri. Et prædidit *Poterius*, in a
gris *Pradalbini* & *Roncharie* lapidem hunc *Lucibibulum* occurre- *Patria.*
re. Natura hujus fossilis ex gypso rariore atque puriore est. De cal-
cinationis modo ita idem: *Primò*, inquit, *lapis in tenuissimum*
pollinem redactus, fortissimo igne in crucibulo calcinatur. *Secun-* *Prepara-*
dò, idem in pollinem redactus, in placentulas thaleri instar com- *tio.*
pingitur, vel sola aquâ communi, vel albumine ovi. Hæ per se exsiccatæ
in furno venti cum carbonibus stratificantur, datoque igne validis-
simo per 4. vel 5. horas calcinantur. Fumo per se refrigerato pla-
centulas exime. Quòd si primavice non sint satis coctæ, quod co-
gnoscitur, si parum lucis receperint, tunc eodem modo calcinati-
onem reitera, dictas placentulas eodem modo stratificando, ut prius.
Ter nonnunquam iteratur calcinatio. Optima ea est, quæ sit ex
selectissimis lapidibus, nitidis, puris & diaphanis. Sic lapis subti-
lissimè tritus in furno reverberii, tamdiu excoquitur, quoad lucem
facile excipiat. Ex eo pulvere varia in pyxidiculis efformantur
animalcula, quæ in tenebris mirificè lucent. Satis hæc ingenuè
exposita videri possent; nisi unicam (seu studio, seu fortè) omi- *Propr. ex-*
fisset circumstantiam Poterius; quam si prætermittas, semper er- *perimen-*
res. Idem mihi error usu venerat, cum Annæburgi in labora- *tum.*
torio Electorali, ante hoc biennium & quod excurrit, ad unum
alterumque diem duos inter operis Philosophici Artifices, (quo-
rum alterum Patronum veneror ingentem, alterum Amicum per-
familiarem colo,) commorarer. Frustrà nempe calcinationis labor
fuit; & fuisset amplius; nî clavem præbuisset postea MENZELIUS